

**S**cire debes fili

quod consilium est persuasio melioris boni ad quod non tenet quis ex precepto. **S** Unde notandum quod consilia in multis differunt a preceptis. Primo quod ad precepta tenemur ad consilia vero non. quod precepta servare est necessitatis. consilia vero voluntatis. Item lex veteris datur precepta viz decalogi hoc est decem precepta. evangelium vero supradidit consilia. Nam consilium pertinet ad perfectos. preceptum autem ad proficiendos. precepta sepant nos ab illicitis. sed consilia a peccatis. per precepta declinamus peccata sed consilia declinamus occasiones peccandi. Item per precepta penam fugimus. sed per consilia peccatum cumulamur. Item ad precepta stringimur ex debito. sed ad consilia non nisi ex voto. quod consilium per votum fit preceptum sicut ait augustinus. Volere inquit est voluntatis reddere vero necessitatis. **D** Et sciendum quod consilia quibus sint plurima. tria precipue sunt tria videlicet castitas paupertas et obedientia. De primo viz castitate dicitur in evangelio. sunt eunuchi qui seipsum castraverunt propter regnum celorum. Secundum consilium viz paupertas consistit in abdicacione proprietatis alio prope voluntatis. Unde per dominum in evangelio dicitur. Qui non renunciauerit omnibus. que possidet non potest esse meus discipulus. Et de monachis proprietatem habentibus dicit beatus ieronimus. Monachus habens obulum non valet obulum. Tercium consilium videlicet obedientia tangitur in evangelio cum dicitur super cathedram moysi sedebunt scribae et pharisaei que dicunt facite que autem faciunt nolite facere. Predicta autem consilia sunt substantialia omni profecte religionis. quod suos observatores vel sectatores elongant a malo non solum quantum ad malum culpe sed etiam quantum ad mali causam. Unde religiosi maxime hec tria solent

volere et promittunt observare. **T** Omne namque malum oritur ex triplici radice. scilicet concupiscentia carnis. concupiscentia oculorum et superbia vite. Predicta vero consilia nos elongant ab hac triplici radice. nam per castitatem vincitur concupiscentia carnis et luxuria. per paupertatem superbia terrenarum cupiditas seu avaricia. per obedientiam autem calcatur mens elatio siue superbia. Sed quod de his tribus virtutibus. scilicet paupertate. castitate et obedientia. superius tractavimus non est opus iterum mentionem faciamus. **S** Solum hoc adiciendum est quod omnes homines maxime solent desiderare tria. scilicet opes. voluptates. et honores. ex quibus tribus cetera vitia procedunt et oriuntur. Unde innocentijs tria maxime solent homines affectare. opes. voluptates et honores. De opibus prava. de voluptatibus turpia. de honoribus vana procedunt. Nam opes generant cupiditatem et avaritiam. voluptates primum gula et luxuriam. honores nutriunt superbiam et iactantiam. hec innocentijs. Sed christifideles et maxime religiosi habent remedia contra predicta scelera videlicet castitatem paupertatem et obedientiam. per quas virtutes cum dei adiutorio vincere possunt vitia supradicta.

**Filius**

**D** Post informationem diversarum virtutum superius premissarum nunc de bona actione seu operatione cupio edoceri.

**Ca. XIII. Pater.**

**D**Ebes scire quod postquam homo fuerit per predictas virtutes videlicet humilitatem. patientiam et castitatem. ac alias virtutes superius premissas interiorius et exteriorius decenter ornatus debet etiam in

alij bonis actionibus hoc est ieiunij  
vigilij. et in ceteris bonis operibus se  
exercere per huiusmodi sanctas ob  
servantias valeat deo magis placere.  
Unde beatus bernardus. Sex sunt ob  
servantie servus dei. proposita quibus puri  
ficari debeant. Sunt autem iste. silentium.  
psalmodia. vigilie. ieiunium. opus ma  
nuum. et carnis mundicia. In observa  
tione silentij purificamur a peccatis que  
verbo sitate contraximus. Cuius vitij  
sunt octo species. Est enim verbum stul  
tum. vanum. mendax. ociosum. volo  
sum. impudicum. maledictum. excusa  
torium. Quem imitator pestis nascitur ex lo  
quacitate. et per silentij censuram aut euer  
titur funditus. aut certe ne multum nocet  
at reprimat. In psalmodia fit duplex  
confessio. ubi et peccator de culpis propun  
gitur et deo laudes super iudicia iusticie  
dicuntur. In hac autem observantia  
quisque qui recte confitetur purificatur ab  
immundo spiritu blasphemie cui ante con  
fessionem subiacebat. dum enim se ipsum  
laudaret ac deum accusaret qui non aliter  
se blasphemus erat. perversus ac con  
fessus canticis divinis instructus. cor  
recta vita corrigit et verba. sequens ipsum ac  
cusans mala sua sibi reputat. deum au  
tem laudans bonum quod in se videt.  
non sibi sed illi applicat. et hoc totum  
agitur in psalmodia. Per psalmodiam  
accipe quicquid deo agitur cum mentis  
melodia. siue sint psalmi siue hymni.  
siue etiam quecumque cantica. Tercias  
observantiam posui superius. Vigilie  
as has semper debet comitari orationem  
instantiam. Tales vigilie ablunt nos a  
sordibus quas contraximus per somnolen  
tiam resoluti. dum oblivione quadam a  
via salutis incepimus deficere ac tor  
pescimus. Quarta observantia est ieiunium.  
de quo quis dubitet quin et ipsum  
purificet. Vera est illa sententia. pro

tra peccatis curantur. Si ergo per gula  
lam peccavimus. quid restat nisi per ab  
stinentiam repareremur. Non solum hu  
ius vitij per ieiunium fit purgatio. in  
super et virtus ad expellendos demones  
compatitur. Per segnitiam quoque et ocio  
sitate que inimica est anime multas  
contraximus sordes. protra dei sententiam  
in sudore vultus alieni non nisi per pane  
scientes. propter hoc sequitur observantia  
que est quinta et dicitur opus manuum. ut  
sordes ille manuum in labore abluantur.  
Restat ultima scilicet mundicia. In hac  
fit purificatio quinque primum corporis  
illecebria videlicet visus. auditus. gustus.  
odoratus et tactus. et cetera que predi  
cta sunt. id est silentium. psalmodia. vigilie  
ieiunium. opus manuum. exerceri possunt si  
ne ista. sed si lumbi vestri non fuerint pro  
cincti. id est si desit carnis mundicia. lucer  
ne ardentibus quid perderunt. Hinc er  
go colligendum est quod sit necessaria hu  
ius sexte observantie purificatio. que  
sola omnibus supradictis equipollentem  
obtinere vim salutis. Et notandum quod  
in his observantiis primas quatuor de  
bemus nobis. quintam proximis. sextam  
deo. nam silentium. psalmodias. ieiuni  
um et vigilias debet quisque exercere pro  
ter seipsum. hoc est propter suam discipli  
nam. opus manuum propter proximum ut ha  
beat unde tribuat necessitatem patienti  
Carnis mundicia propter deum ut placeat  
illi et eius voluntatem faciat. hoc tertium.  
Non solum autem in his virtutibus  
sed etiam in alijs vir religiosus debet  
se exercere. videlicet in compassionem pro  
ximi. in propunctionem. in orationem. in lecti  
onem. in studio et meditationem sacre scrip  
ture. ac alijs virtuosis operibus ut per  
hoc possit placere deo et proximis suis bo  
num exemplum prebere. Sunt namque  
nonnulli qui magna intentione repro  
borum tormenta considerant. et primescen  
A. iij.

tes subito peccata et iniquitates deserunt et ad virtuosam vitam et sanctam operationem bene viuendo consurgunt et pro bona que agunt secundum maius et minus proximis suis bona exempla ostendunt. De talibus beatus gregorius super cantica exponens illud dictum. Que est ista que progreditur quasi aurora sic ait. Sunt nonnulli qui magna intentione que sunt tormēta reproborum aspiciunt et sua facta propria sine palpatione exaiatione prendunt. Cumque se peccasse cognoscunt et per hoc ire ad tormēta reproborum primescunt. tunc subito tenebras iniquitatis derelinquunt et luce iusticie accendi concupiscunt mox ad sanctam operationem surgunt. et pro bona que faciunt clarere proximis incipiunt. hi proculdubio velut aurora consurgentes progrediuntur. quia subito noctem peccati euacuantes ad lucem magis ac magis dilatantur. sic anima que prius in tenebris nunc splendens apparet. et que etiam in se obfuscabatur. nunc luce sancte operationis resplendet pulcherrime luna. Luna quippe dum noctem illuminat. caligantibus oculis iter per quod homo graditur ostendit. Sic nimirum queque anima. que tenebras dimittit et in sanctam operationem se extendit dum exemplum bene operandi tribuit quasi lucem tenebrescentibus oculis spargit. Dum enim peccantes queque bonum opus aspiciunt. et ad idem faciendum se conuertunt quasi errantes in nocte per lumen lune ad viam redeunt. Ite itaque sancta anima dum peccantibus exemplum prebet. quasi luna in nocte lucet. dum vero magis ac magis crescit et de die in diem per consuetudinem boni operis lumen iusticie perfecte percipit ut etiam bonis exemplum imitationis prebeat que prius solis peccatoribus imitanda apparebat. profecto iam lux

na sol efficitur. quia que in nocte errantibus lucebat. modo in die ambulantiolumen veritatis manifestat. Ite gregorius. Tales namque qui post peccata perpetrata ad penitentiam redeunt et sancte viuunt nonnunquam ex dono celestis gratie. etiam verbis doctrine ad alios docendos precipiunt. quorum predicatio tanto suauis audientibus sapit. quanto eorum actio verbis que predicant contraria non est. De hoc beatus gregorius super ezechielē sic ait. Sepe enim quosdam videmus se tota mentium ad sancte lectionis studium stulisse atque inter verba domini recognoscentes in quatuor deliquerunt semetipsos in lacrimis mactare. merore priuano affici. in nullis huius mundi prosperitatibus delectari. ita ut eis vita presentis oneri et lux ipsa fastidio fieret. vix ad colloquendum omnium admittere. atque a rigore discipline animam difficile relaxare pro amore conditoris luctu solimodo et silentio gaudere. et tales precepta vite que sensus illorum capere potuit. memoria non amisit. quia collectus in deo animus legendo semper et recolendo fruauit. Et sic plerumque tales queque ex dono celestis gratie etiam verbum doctrine precipiant atque veritatis pabulo quod ipsi intrinsecus dulciter ruminant et primos suauiter palcant. De quorum perfecto ore predicatio audientibus tanto dulcior est quanto contraria actio contraria suis predicationibus non est. quia de propria vita sumunt. que quid per linguam primis conferunt. nam sermo dulcedinem non habet que vita reproba intra conscientiam remouet. **¶** Cum necesse est ut qui verbum dei loquitur prius studeat qualiter viuatur post ex vita colligat que et qualiter dicat. ad predicandum namque plus conscientia sancti amoris edificat. quam exercitatio sermonis. quia amantio celestia intra semetipsum predicator let

**Liber** .ii. **Dist. ii. Ca. XIII.**

git quomodo persuadeat ut despici de  
beant terrena. Qui enim vitam suam in  
terius pensat. et exemplo suo foris am  
monendo alios edificat. quasi in corde  
lingue tingit in eo quod manuxerit. prout  
mis exterius scribit. hxc grego. Nam  
sem eundem gregoriū. Quanto sanctior  
est vita doctoris tanto fit humilior sen  
sus auditoris. et seipsum despici  
tur duz predicatoris vitam in magna  
altrudine surgere perpendit. Si vero  
predicator magna predicans per se exē  
plaris non est. sermo eius in corde au  
ditoris sapidus esse non potest. Unde dicit  
beatus bernardus. Si ergo qui inter vos vi  
deor pastoris curam gerere vobis ap  
posuero moysi mansuetudinē. patien  
tiam Job. samuelis misericordiam. dauid  
sanctitatem. intus ipse et impatiens atque  
immisericors et mīme sanctus fuero.  
sermo meus ut minus sapidus veniet.  
et vereor vos minus auide capietis.  
hxc bernardus. **A** Unde quilibet in quo  
cunq; gradu vel statu exis studere debet.  
ut per vitam sanctam bonū exemplū  
proximis prebeat quatenus per hoc mer  
cedē eterne vite a domino assequi valeat.  
De hoc beatus iheronimus sic dicit.  
Nemo sibi solummodo viuat. quanto scū  
tius et per tantis mercedē beate retributi  
onis inueniet. quanti cunq; exemplū  
male cōuersationis etiam si illi eum  
non sequuntur prebuerit. per tantis se ma  
litate reddere sciat. hxc iheronimus. **F**e  
lix ergo est cuius vita virtuosa alterius  
vitam virtuosam pfundit et emendat.  
Unde beatus bernardus. Benedicta anima  
a domino cuius humilitas alterius su  
perbia pfundit. cuius mansuetudo al  
terius iram extinguit. cuius obediētia  
alterius pigritia tacite increpat. cuius  
sermo alterius inertiam excitat. quod fra  
tris sui interiorē oculum turbatū. gra

tia edificationis et consolationis illumi  
nat. que enim inter homines sublimior et  
deo gratiosior puerlatio esse potest. quā  
eorum qui se abdicant virtutis. qui virtutum  
studijs animū subiugant. in super etiam  
alios quotidiano exercitio ad gratiam au  
toris sui studēt puertere. et crebra acq  
sitione fidelium gaudium superne patrie ce  
lestis augere. hxc bernardus. Debemus ergo  
sem dictum apostoli. sobrie. iuste et pie  
vivere. ut sanctitatem possimus acqui  
rere. et proximis nostris bonū exemplū  
prebere. Nam putat de beatus bernardus?

**D**tria sunt que faciunt hominem  
sanctum. victus sobrius. actus iustus.  
sensus pius. Victus sobrius erit si conti  
nenter. si socialiter. si obedienter. id est  
caste. caritative et humiliter vixerimus.  
per continentiam enim castitas. per soci  
aliter caritas. per obedientiam hu  
militas acquiruntur. Actus iustus erit. si  
fuerit rectus. discretus. fructuosus.  
Rectus per bonam intentionem. discre  
tus per mensuram possibilitatis. fructuo  
sus per utilitatem proximorum. Sensus  
pius erit si fides nostra deum sentit sum  
me potentem. summe sapientem. summe  
bonum. ut per eius potentiam nostram cre  
damus adiuuari infirmitatem. per eius  
sapientiam corrigi ignorantiam nostram. per eius  
bonitatem nostram credamus ablui iniqui  
tatem. hxc bernardus. **S**tudeamus ergo  
etiam ordinate vivere nobis. socialiter  
proximis. humiliter deo. **A**d quod hortatur  
idem beatus bernardus sic dicens. **V**i  
ue in congregatione ordinaliter tibi. so  
cialiter proximo. humiliter deo. **D**emus  
etiam unicuique reddere quod suum est  
videlicet obedientiam superiori. auxili  
um equali. et disciplinam minori. **U**n  
idem beatus bernardus. Debemus su  
periori obedientiam et reuerentiam. equali  
consilium et auxilium. minori custodiam  
et disciplinam. **P** Er notandum  
A. iij.

¶ qui in bonis opibz. proficere & permanere desiderat. necesse tñ est ut etiã a mala societate sibi caueat. qz valde nociva est societas maloz. sicut e converso multũ salubris est societas bonoz. Cũ beatus ihero. sic dicit. Nil tam nocet hoĩ q̃ mala societas. plus q̃ impossibile putovirũ in bonis opibz. diutius permanere qui maloz assidue p̃versatiõe vitif & sicut mala nocet cõversatio. ita bona p̃dest. qui bonaz inveniit societate vitã inveniit. rarus homo vel bonus vel malus efficit nisi ob societatis causam. hec ihero. Unde fugienda est societas maloz & maxime illoz. qui ad vitia proni sunt & adherendum est societati bone. que timet deũ. ut ex consortio talium emendatiõem vite ac mox suoz quisq; assequi valeat. Unde ysidorus. Vita malos. caue iniquos. fuge impios hoĩes maxime eos. qui ad vitia proni sunt. socios tibi bonos p̃iunge. qz si fueris socius p̃versationis. eris & fructus. Periculosum est his. qui peccare volunt sociari. melius em̃ est habere oĩdium p̃uoz q̃ consortiũ. sicut mu'ra bona habet vita sanctorz. sic plurima mala p̃fert societas maloz. Dicit etiã de hoc beatus greg. Vitanda est societas maloz. ne forte si se corrigi nõ valent ad imitationẽ trahant & curi ipsi a sua malicia non mutant. eos qui sibi coniuncti fuerint p̃uertunt. hec gregorius.

**¶** Sciendum etiã q̃ bona opa prima facie cũ quadam difficultate operamur. cũ vero in p̃suetudinem veniunt facilius ea & cum quadam iocunditate spiritali perficimus. Unde dicit abbas iohannes montis sinai. Nota in ipsis p̃ncipijs abrenunciationis penitus cũ labore. violentia & amaritudine operamur virtutes. ac proficentes deinceps sine tristitia sumus q̃uis in ipsis modicũ p̃tristati efficiamur.

¶ Quando vero voluntas nostrum mortale sapere conculcat & absorbet. poterit stariue subijci a p̃m̃pitudine existente in nobis. tñ de cetero cũ omni gaudio sollicitudine & desiderio igne cordis & flamma divina ipsas operamur. hec iohannes abbas. **¶** Si vero bonoz operũ labor nos gravat. attendamus mercedẽ futurã & levius portabimus qz ad eterna p̃mia non nisi cũ labore pervenitur. Unde beatus augustinus in libro de verbis dñi sic dicit. Vita nostra xps est. attende xpm̃ pari venit non solum glorificari & p̃tem sed etiam exaltari. opus te terret. mercedẽ expecta. quare vis pervenire delicatus ad eã rem. ad quã non p̃ducit nisi labor. sed times ne p̃das argentum tuum. qz ad argentum cũ magno labore pervenisti si ad argentum quod quãdoq; vel moriens amissurus es. non pervenisti sine labore ad vitã eternã sine labore vis pervenire. carior sit tibi illa ad quam post omnes labores sic pervenies ut nõq; amittas. si hoc tibi carum sit. ad quod per omnes labores sic pervenisti ut aliquando amissurus sis. quanto magis illa p̃perua desiderare debemus. hec augustinus. Cũ sancti viri penitantes & attendentes eterne vite p̃emia. que deus daturus est diligentibus se & in mandatis eius laborantibus nõ solũ opa bona & laboriosa aggreduntur. verumetiam aduersitates & tribulationes presentis vite sustinere non formidant. De hoc beatus greg. viij. moral. exponẽs illud. Sicut mercenarius dies eius sic dicit. Mercenarius sollicitus curat inspicere. ne vnq; dies vacuus labat ab ope & expectatus finis temporis inanis veniat ad remunerationẽ laboris. in laboris namq; studio conspicit. quid recipere in tempore remunerationis possit. nã cũ opus crescit. p̃re-

in fiducia proficit. Cum vero opus for-  
puerit spes a remuneratione lacescit.  
Unde electus quisque vitam suam qua  
si mercenarius pensans tanto fidenti-  
us spe tendit ad premia. quanto nunc ro-  
busius perdurat ad laboris incremen-  
ta. quid sit de cursum pñtis pñtis pensat.  
dies cum operibus dinumerat. ne a labo-  
re transeant vacua vite momenta. for-  
tudat. aduersis gaudet. merore refo-  
ret. qz subsequentibus vite premiis tan-  
to se munerari largius aspicit. quanto  
p amore illius quotidiana se mortibus  
verius impendit. Hinc namque est qd ci-  
ues celestis patrie pditori eius psalmi  
stercibus dicunt. ppter te morte affici-  
mur tota die. Sancti igitur viri quot la-  
bores nunc veritati pmendantes exhi-  
bent. tot iam remunerationis sue pig-  
nora intra spei cubiculum clausa tenent  
sed grauis nunc sentis estus in ope. vt  
qñqz refrigerium percipiat ex quiete.  
Unde aperte subdit. Sicut ceruus de-  
siderat umbram. Umbram quippe de fide  
rare est post temptationis estus sudore  
qz opis eterni refrigerij requie quere-  
re. Sequitur. Et sicut mercenarius pñ-  
sola finem opis. Mercenarius enim  
cum facienda opera aspicit mentem pri-  
us et longinqrate et ponderis labore  
adificat. cum vero lacescentem animam ad co-  
siderandum laboris premium renocat. riu-  
gore mox cum ad exercitium laboris acce-  
dit infirmat. et qd graue perpendit ex  
ope leue estimat ex remuneratione. Sic  
electi quique cum mundi huius aduersa  
patunt cum inhonestatis promelias  
et damna. cruciatibus corporis tolerat  
esse graua quibus exercent pensant. s3  
cum mentis oculos ad eterne patrie pñ-  
teritatem tendunt. ex pparatōe premiij  
qñ sit leue qd patiunt inueniunt. quod  
est valde importabile ex dolore oñdit  
in pñsideratōe. puida ex remuneratione

lenigatur. Hinc est qd paulus semp se  
ipso robustior contra aduersa erigit. mi-  
miz finem sui operis sicut mercenari-  
us prestolat. graue namque qd sustinet  
estimat. sed leue hoc per premiij pñdes  
rationem pensat. ipse quippe qñ sit graue  
qd patitur iudicat. qui in carceribus  
abundantius in plagis supra modum  
in mortibus frequenter se fuisse testat.  
sed quō remunerationis lintho sudor  
rem tanti laboris tergat. ipse denūciat  
at dicens sic. Non sunt pdigne passio-  
nes huius temporis ad futuram glam  
que reuelabit in nobis. Finem qz ope-  
ris quasi mercenarius prestolat. qui  
dum pfectum remunerationis pñdes  
rat. vile estimat qd pene deficiens la-  
borat. defectum egestatemqz pperi bo-  
nis meritis laboriosum nō est. sed cum  
vsqz ad afflictionem carnis aduersitas  
veritatis laboris pculdubio ex dolore senti-  
tur. In hac em vita quedam laboriosa  
sunt. quedam vero vacua. quedam vero va-  
cua et laboriosa simul. Amore quippe  
pditoris pñtis vite tribulationibus ex-  
erceri laboriosum quidē est. sed vacu-  
um nō est. Amore autem seculi voluptati-  
bus solui vacuū quidē est. sed nō labo-  
riosum. amore eiusdem seculi aliqua ad-  
uersa ppeti est vacuū sil et laboriosum.  
qz ex aduersitate mens afficit et renun-  
ciationis pñtio non replet. hxc grego.  
S Exerceamus igitur nos in bonis  
operibus. nā quotiens bona agimus to-  
riens angelos letificamus. quotiens  
vero a bono opere deuiamus. ipsos con-  
tristamus et malignis spiritibus leticia  
facimus. Testat hoc beatus augu. di-  
cens. Quotiens bene agimus gaudet  
angeli et tristant demones. quotiens ve-  
ro a bono deuiamus dyabolum letifi-  
camus et angelos suo gaudio fraudat  
mus. gaudium enim est eis suppono pec-  
catoze penitentiam agente. hxc augu.

Qui etiam desiderat non tritari sed frequenter in animo gaudere sine debeat bene vivere. **U**n hugo de sancto victore. **U**is nunc esse tristis bene vivere. bona vita semper gaudium habet. nec etiam obmittendum est bonum opus propter aliquam negligentiam aut desidiam nostram. ne peringat mentem in ultimo examine gemere et pro tempore inutiliter sine fructu spirituali expenso lugere. **D**e hoc beatus bernardus lamentando sic dicens. **D**omine deus quot tempora effluxerunt in quibus sine fructu ut aspicio vixi. quomodo coram te subsistam. quomodo ad te levare poteram faciem meam in illo magno et terribili examine. quomodo numerari iusseris. omnes dies meos querens fructum meum. **D**omine cur intermisi vobis tempore versari te in corde de meo tota mentem amplecti. in tua dulcedine delectari omnia interiora meae vobis tunc erant quomodo tecum non erant. cum habes a te omnis creatura quicquid habet desiderabile laudabile aut delectabile. **D**e beatus bernardus. **S**ed et hoc notandum quod in operibus bonis quisque humilitatem habere debet et illa attribueret debet gratie divinae. peccata autem sibi ascribere. **U**nde augustinus in libro de sermone domini. **C**ave o christiane superbia. licet enim sanctorum imitator sis. totum semper gratie deputa. **Q**uia ut est aliquid gratie in te dei non tuum meritum fuit. apertius ergo totum deputa pietati quod autem peccator es tue iniquitati ascribe. **E**sto accusator tuus et ille erit indultor. omne enim crimen quod facimus vel peccatum est nostre negligentie et omnis virtus et sanctitas dei est indulgentie. **C**onverti ad deum. **H**ec augustinus. **M**agna namque virtus est bona actio cum humilitate. pro hoc enim reddit homo divinus. **U**nde dicit **I**saac abbas. **B**ona operatio est humilitas. hominem deum faciens super terram. **I**gitur laborandum est ut in bonis operibus

que gerimus: humilitatem cordis semper habeamus et cum bona opera nostra ad noticiam aliorum pervenerint gloriam dei et edificationem proximorum pro hoc non nostram vanam gloriam requiramus. **N**e meritum nostrum apud deum propter hominum stultam vanitatem amittamus. **U**nde beatus augustinus in libro de verbis domini. **Q**uisquis iravult videri ab hominibus opera sua. ut ille glorificet a quo ea que in illo videntur accepta. et sic ad imitandum bonum idem ipsi qui videntur procedunt. **V**ere eius lumen lucet coram hominibus. quia lux de illo caritatis radiat. non superbia sumus enim et in eo caner. **N**e in iusticiam suam faciat coram hominibus. ut videatur ab eis. quia nec suam deputat illam iusticiam. **H**ec augustinus. **B**ona ergo opera cum summa diligentia exerceamus. ne pro hoc quod agimus vanam gloriam requiramus. sed omnia in gloria dei agere studeamus ut pro bonis nostris acrius vitam eternam possidere valeamus.

**P** **F**ilios. **O**st diversorum operum bonorum tam interiorum quam exteriorum informationem. nunc etiam de virtute perseverantie cupio edoceri.

**C**a. XV. **P**ater. **S** **I**re debes quod postquam omnium virtutum acceptus quis fuerit principium. nondum tamen in conspectu dei apparet gloriosus. nisi virtutum consummationem assit. videlicet perseverantiam. quia nullus omnino mortalium quantumcumque perfectus laudandus est in vita sua. nisi prius hoc bonum inchoatum. bono et felici fine cludat. **E**st enim perseverantia finis acceptum virtutum. parum enim valet fuisse religiosus. fuisse humile patientem fuisse vero